



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 94. Caroli VIII. exercitus in Italia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

Cardinalem Legatum velut suspectum ad Sæcul. XV.
 colloquium non admittebat, sed per suos A.C. 1454.
 Pontifici responderi jubebat, Pestilentiam
 se non expavescere, cum mors vitæ labo- Surita to. 5.
 ribus finem imponeret; nec metuere se lib. I. c. 30.
 famem, cum uberrimum commeatum se-
 cum illaturus foret; minus vero formi-
 dare se Turcam, eoquod ab ineunte æta-
 te pro amplificanda fide adversus Turcas
 arma exercere voluerit, nuncque lætus
 ejusmodi occasionem prehenderet.

§. XCIV.

Caroli VIII. exercitus in Italia.

Igitur superatis omnibus, quæ obstare Machiav.
 credebantur, impedimentis, Carolus hist. Flor. l. I.
 die sexta Octobris Asta profectus est, co- Raph. Volat.
 mitantibus eum Vindocinensi, Montpen- lib. 3.
 fiero, Longuevillano, Ligniacensi, Niver-
 nensi Comitibus, aliisque quam pluri-
 mis spectatissimæ Nobilitatis Viris; ab-
 sens tamen erat Cordæus Marescallus,
 qui Lugduni decesserat. Porro totum
 regii exercitus robur complectebatur ter-
 mille sexcentos Cataphractos, & sex
 millia equitum sagittariorum, totidem-
 que inter peditum agmina recenseban-
 tur præter octo millia lanceariorum, to-
 tidemque aliorum peditum, partim ex
 Helvetia, partim ex Vasconia delectorum,
 qui omnes confertim, ac collato pede
 præ-

Sacra. XV. præliari perbene assueti erant, hancque
A.C. 1494. belli disciplinam ede&ti, Italorum copiis
longe superiores erant; hæ enim illo ad-
huc tempore tumultuario ferme impetu
in hostes irruere solebant. Præterea
Galliarum Rex præter quadringenta vi-
ginti minora belli tormenta secum pari
ferme cum suis copiis gradu advehebat
centum quadraginta graviora, quæ tam
vastæ erant melis, ut facile ponderis plus
quam ducentarum librarum globos e-
mitterent, quibus devehendis præsto
erant octo millia equorum, quatuor mil-
lia curruum, mille ducenti milites tor-
menta explodere docti, bis mille sex-
centi fabri lignarii, qui ligneas tormento-
rum compages, si forte frangerentur, re-
pararent, denique conducebantur trecen-
ti fossores, totidemque opifices, qui fun-
dendis tormentis operam locarent.

§. XCV.

*Alphonsus Genuam improviso caper-
molitus.*

Haud segnior Alphonsus tota belli mo-
le Ludovici ditiones opprimere de-
creverat; unde Ductore Ferdinando ju-
niore ejus filio unam exercitus sui par-
tem in Romandiolum immisit, alteram,
cui Fridericus ejus frater imperabat, ad
Genuensium oram deduxit, spe fretus,
opera